

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1330

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

ficiorum vacantium et vacaturorum qualitercunque exnunc ad quinquennium in festo purrificationis beate virginis inchoandum per nos predictum . . . episcopum in eorundem solutionem debitorum et necessitates ecclesie convertendos assignaverimus concesserimus et decreverimus, prout in instrumento desuper confecto plenius continetur<sup>1</sup>,  
 5 precii autem predicti domini et aliorum innumerabilium quodammodo debitorum solutio statim immineat facienda, que si non fieret, expense, obsidum et fidejussorum pignorationes captiones et devastationes honorum ecclesie, usure et alia ecclesie pericula imminerent, idcirco hiis et aliis pejoribus ex fide, qua tenemur ecclesie, occurrere affectantes, prospicientes ecclesie, utilia et inutilia precaventes, concordi  
 10 consilio et communi assensu deliberavimus et in hoc convenimus, melius esse nos predictum episcopum alicujus obligationis honorum jurium seu reddituum ecclesie vel alium perpetuam alienationem non continentem ad summam duorum milium marcarum argenti inire contractum, quam sinere ecclesiam hujusmodi subjacere  
 15 episcopo hujusmodi iniendi contractum vel contractus ad dictam summam concedimus tenore presencium facultatem, quibus contractibus annuere et consentire promittimus et eosdem in scripta redactos sigillo nostri capituli sigillare et canonice comprobare. et eisdem exnunc presentibus consentimus. et ut hujusmodi nostra salubris et concors subventionis et relevationis ecclesie ordinatio et decretum optato et feliciter  
 20 disposito non frustrentur effectu, communi et concordi consilio et tractatu ordinavimus disposuimus et presentibus ordinamus pro recollectione dictorum fructuum biennialium procuratorem seu yconomum per nos ordinandum et constituendum fidelem sollicitum ydoneum et expertum, qui juramento super hoc prestando fructus eosdem in solutionem eorundem duorum milium marcarum convertendos colligat  
 25 fideliter et conservet ac super receptis et solutis nobis episcopo et tribus per nos capitulum deputatis, videlicet . . . preposito . . . scolastico et pincerne, predictis exhibeat rationem. quodsi ante lapsum dicti quinquennii dicta duo milia marcarum fuerint persoluta, reliqui fructus quinquennio durante cedentes per nos predictum episcopum in alias evidentes utilitates et urgentes necessitates ecclesie convertentur. verum si  
 30 per dictum quinquennium dicta duo milia marcarum ex fructibus hujusmodi extenuari non poterunt et persolvi, statuimus decrevimus et presentibus ordinamus, dictam concessionem fructuum biennialium tam diu, etiam finito quinquennio, durare debere, quousque dicta debita integraliter fuerint persoluta. sin autem nos predictum episcopum, quod absit, ante lapsum idem quinquennii vel nondum predictis debitis  
 35 integraliter persolutis non esse contingat, predicti fructus per ipsum capitulum seu yconomum ejus nomine per dictum quinquennium vel ultra, si nondum plena solutio acciderit, quousque totum debitum extenuatum fuerit, colligentur et in solutionem ipsorum debitorum et obligatorum lutionem et liberationem provide convertentur. et hec omnia disponimus decrevimus statuimus et etiam ordinamus ipsaque sine  
 40 contradictione qualibet in civitate et dyocesi Argentinensi precipimus observari. in

<sup>1</sup> Die bezügliche Urkunde, die sich ebenda im Bezirks-Archiv im Original findet, ist vom gleichen Datum und zeigt dieselben Aussteller wie nr. 510. Sie ist in ähnlichen Wendungen abgefaßt wie nr. 432.

quorum evidentiam testimonium sigilla nostra, . . . episcopi videlicet et capituli, appendi fecimus ad presentes. datum et actum Argentine anno domini 1330 crastino circumcisionis dominice.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 120 or. mb. c. 2 sig. pend. delaps.*

511. Die Capitel von St. Thomas und St. Peter verwahren sich gegen den Beschluß des Domcapitels, die Pfründeneinkünfte zur Schuldendeckung des Bisthums abzuführen. 1330 Januar 9.

1330  
Januar 2

Nos . . . decani et . . . capitula sancti Thome et sancti Petri ecclesiarum Argentinensium attendentes, nuper videlicet in crastino circumcisionis domini proxime preterito, quod erat sub anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, per dominos . . . canonicos majoris ecclesie Argentinensis tunc presentes et, ut dicebatur, tamquam capitulum congregatos, prelaturis dignitatibus ecclesiis et collegiis civitatis et diocesis Argentinensis atque personis hujusmodi titulos adepturis, postquam aliquos de ipsis titulis vacare contigerit, tallias et exactiones esse impositas, ut fructus ipsarum prelaturarum dignitatum ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum tamdiu ex parte dicti capituli majoris per biennium percipiantur, donec duo milia marcharum argenti ex eisdem fructibus colligantur<sup>1</sup>, dictis . . . capitulis nostris et ecclesiis atque clero civitatis et diocesis predictarum super hiis minime requisitis, nec causa aliqua interveniente rationabili et manifesta aut nobis vel ipsi clero quomodolibet patefacta, contra dictorum capitulorum nostrorum jus et interesse ac ipsarum ecclesiarum nostrarum statum et observantiam ab antiquo ex debito dictis ecclesiis nostris per nos omnes et singulos prestiti sacramenti, quo earundem injuriis prejudiciis et gravaminibus obviare astringimur, inter nos communi tractatu et consilio prehabitis, nos et capitula nostra predicta presentibus mutuo obligamus ad defendendum nos contra exactiones et tallias supradictas, in quantum a jure nobis permittitur et jus nobis competit et competere potest, usque ad decisionem juris ejusdem communibus et equalibus utriusque ecclesie nostre sumptibus et expensis, et ut unum capitulum preter consensum alterius aliquos tractatus amicabilem, quibus ab hujusmodi juris prosecutione possit averti, non debeat admittere vel in ipsos quomodolibet consentire, fraude dolo et capcione in hiis penitus circumscriptis<sup>2</sup>. in quorum evidentiam has litteras sigillis dictorum capitulorum nostrorum fecimus sigillari. datum 5 idus januarii anno domini millesimo trecentesimo tricesimo. hujus instrumenti duo sunt paria ad cautelam.

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 9 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.  
Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 353 nr. 66.*

<sup>1</sup> Vergl. nr. 510. Ausgenommen von der Auflage waren nur prebende officia et feuda claustralia ecclesie Argentinensis et monasteria civitatis et diocesis Argentinensis personarum religiosarum.

<sup>2</sup> Vergl. Ch. Schmidt a. a. O. p. 23.

512. *Nicolaus Probst von St. Peter zu Straßburg bewilligt im Auftrage der Aebtissin von St. Stephan dem derzeitigen Vikar dieser Kirche Konrad Vende einige Erleichterungen seiner eidlichen Amtsverpflichtungen. 1330 März 17.*

Cum discretus et magne circumspeccionis vir Conradus dictus Vende, perpetuus  
 5 vicarius ecclesie sancti Stephani in Argentina, in prima adepcone ipsius vicarie  
 juramentum prestiterit de certis articulis antecessori suo inpositis observandis<sup>1</sup>,  
 salva tamen remissione vel mitigacione ipsius juramenti venerabili domine abbatisse  
 dicti monasterii vel ei, cui eadem domina hoc duxerit committendum, nec dictum  
 juramentum ipsum vicarium ad eosdem articulos observandos simpliciter, sed in  
 10 quantum commode et absque fraude possit, astringat et civiliter intelligi debeat, ne  
 sibi per illud laqueus inponatur, quia tamen de perjurii reatu hic agitur merito,  
 quanto in hoc majus periculum vertitur, tanto caucius est agendum, ex commissione  
 venerabilis domine . . Margarethe nunc . . abbatisse monasterii prelibati michi Ni-  
 colao preposito ecclesie sancti Petri Argentinensis specialiter facta, obligacionem  
 15 per dictum juramentum in hunc modum quoad personam ipsius vicarii mitigavi<sup>a</sup>:  
 primo quod si propter divina in choro ecclesie sancti Stephani continuata usque vel  
 ultra tempus misse per dictum vicarium cum nota celebrande tardentur, aut propter  
 alium casum inopinatum vel impedimentum legitimum in ecclesia sancti Stephani  
 vel in cappella sancte crucis missa cum nota peragi non potuerit, aut propter libro-  
 20 rum carenciam vel socii et scholaris sui legitimam absentiam matutinas festivis  
 diebus vel vespervas omni die cum nota non celebraverit, reus ex hoc perjurii non  
 notetur. item eodem reatu minime teneatur, si ter in septimana missas institutas a  
 quondam dicta Ingrem in eo, quod redditus ad hoc deputatos consequi non poterit,  
 vel ex alia causa legitima non procuraverit celebrari. item si aliqua sibi culpa vel  
 25 negligencia quomodolibet inponitur vel ascribitur, quod sepulera defunctorum cum  
 socio et scolare personaliter non visitaverit aut infirmos cum corpore Christi vel oleo  
 sacro per se vel per socium cum scolare non accesserit, vel quod missam dictam  
 primemesse in altari beate virginis omni die non celebraverit aut ex hac missa vel  
 aliis in ecclesia vel cappella predictis agendis missas per alios sacerdotes ibidem  
 30 celebrandas negligi vel subtrahi procuraverit, vel processum aut mandatum aliquod  
 in prejudicium dicti monasterii se extendens ante ejus execucionem toti conventui  
 non notificaverit, dum tamen de scitu et consilio officialis curie Argentinensis, si  
 super hoc commode requiri poterit, ejus execucionem fecerit, aut quod census decimas  
 vel redditus ecclesie sancti Stephani domine abbatisse et conventui in scriptis  
 35 non presentaverit, non propter hoc statim perjurii crimen contrahat vel incurrat;  
 sed super hoc vel transgressione cujuslibet articuli supradicti primo ex parte dicte  
 domine abbatisse dictus vicarius interpellari debebit, ut, si in aliquo ex ipsis culpa-  
 bilis repertus fuerit vel se de ipsis expurgare nequierit, se de illis corrigat et ea  
 emendet, in quibus si negligens fuerit, extunc demum censeatur et fiat juramenti  
 40 transgressor. per premissam autem mitigacionem ipsum vicarium non relevo ab om-

a) quoad—mitigavi *auf Rasur.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 463.*

nibus et singulis articulis in juramento comprehensis servandis, sed quoad hoc ipsum, ne statim perjurium incidat, supportavi, tali tamen mitigacione quoad personam predicti Conradi nunc vicarii et, quam diu domina abbatissa premissa non revocaverit, tantummodo duratura. in cujus commissionis per dictam dominam abbatissam michi facte ac mitigacionis et subportacionis predictarum testimonium sigillum meum de consensu ejusdem domine abbatisse presentibus appendi mandavi. datum 16 kalendas aprilis anno domini 1330. hujus instrumenti duo sunt paria ad cautelam.

Januar 21

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2626 or. mb. c. sig. pend. Auf der Rückseite der Vermerk von gleichzeitiger Hand: actum 12 kalendas februarii anno xxxv.*

10

513. *Nicolaus Probst von St. Peter zu Straßburg schlichtet den Streit zwischen der Aebtissin von St. Stephan und ihrem Kellermeister Burchard Jöche und setzt dabei Rechte und Pflichten des Kellermeisters von St. Stephan fest. 1330 März 17.*

Quia super officio cellerarie monasterii sancti Stephani Argentinensis, quod magister Burcardus dictus Jöche cellerarius ibidem obtinere dinoscitur, inter eundem magistrum Burcardum ex una et pie memorie quondam dominam Brigidam de Wangen abbatissam dicti monasterii et venerabilem dominam Margaretam nunc abbatissam ibidem ex parte altera multiplices dissensiones sunt habite, dicto magistro Burcardo pretendente, se ex causa probabili videlicet studiorum fuisse absentem et ob hoc ab oneribus dicti officii in persona propria subeundis medio tempore merito subportatum, seque etiam obtulisse dicte quondam domine abbatisse ante octo annorum spacium ad deservendum officium ipsum nec per ipsum stetisse, quominus hoc faceret, dum tamen ad fructus et jura ejusdem officii sibi subtractos restitutus vel saltem sibi inantea de eisdem responsum fuisset, dicta domina nunc . . abbatissa e contrario asserente, predictam causam absencie ipsum cellerarium eo, quod laicale esset officium, ab ipsius oneribus minime subportare seque et . . abbatissam defunctam semper fuisse paratas, postquam servicia ipsi officio incumbencia subiisset, sibi de ejusdem juribus respondisse nec per ipsas stetisse, quominus hec facerent vel fecissent, maxime si de percipiendis dicto tempore absencie, prout juris esse dicebant, eas inquietare cessasset, ad has itaque discordias sopiendas dicte partes in me Nicolaum prepositum ecclesie sancti Petri Argentinensis omnem questionem hujusmodi compromittere curaverunt, promittentes in invicem et sollempniter quelibet pars ab alia stipulantes decisionem meam super premissis se ratificare et concorditer approbare. ego igitur, assumpto in me compromisso hujusmodi, jura et redditus dicti officii, quid emolumenti vel oneris cuilibet . . cellerario, qui pro tempore fuerit, cedere vel incumbere habeat, ne posteris in oblivionem transeant, in hunc modum de consensu dictarum partium registravi: in primis ipsi . . cellerario septem panes claustrales sicut aliis canonicabus et canonicis septimanatim debentur. item omni anno sibi debentur viginti et una ama vini, quas in cellario dicti monasterii ad mensuram sicut alie domine canonice tenetur recipere, nisi domina . .

abbatissa eas insimul sibi dederit graciose. item domina . . abbatissa annuatim sibi  
 tenetur ad viginti et duas amas vini et ob hoc cellerarius ipse equum unum suis  
 expensis semper ad usus ipsius domine . . abbatisse pro visitacionibus curiarum  
 suarum et aliis ipsius monasterii necessitatibus debet habere paratum. in cuius  
 5 reversione, si eadem die reductus non fuerit, domina . . abbatissa unum sextarium  
 avene ipsi cellerario presentabit ipsumque equum interim, quamdiu sic abfuerit  
 domina . . abbatissa, suis sumptibus procurabit. item de omnibus vinis monasterii ad  
 cellarium ipsum repositis, quando primo dolantur vel ex propinacione dominarum  
 canonicarum exhauriuntur, cedunt et cedere debent ipsi cellerario feces. item ipsi  
 10 cellerario tociens et eisdem vicibus in anno, quibus et aliis canonicabus et canoni-  
 cis, cedunt panis unus dictus ein leip et mensura vini dicta ein stöf. item singulis  
 annis sibi dantur in capite quadragesime viginti cunei de duobus sextariis siliginis  
 facti sicut et pistori et sacristis, item in quadragesima quatuor cum dimidio sextaria  
 fabarum. item annis singulis in festis Martini, palmarum et diebus rogacionum  
 15 dantur sibi denarii ad summam octo uncearum. item in festo omnium sanctorum  
 unum quartale synapii, item in festo purificationis candela una de dimidia libra  
 cere facta. item in festo palmarum una palma sibi sicut aliis canonicabus et cano-  
 nicis ministratur. item in certis festis anni, si voluerit, cellerarius poterit eodem  
 modo sicut alii officii monasterii apud ipsam dominam abbatissam in mensa sua  
 20 procurari. item si quem ex quatuor canonicis mori contigerit, ipse cellerarius . . pistor  
 et duo sacriste debent corpus ejus aptare et vestire et ad sepulturam deferre. et ob  
 hoc cedit illis melius vestimentum defuncti uno excepto. item notandum, quod hec  
 sunt onera et servicia, ad que . . cellerarius est astrictus: primo quod omni die per  
 totum annum duabus vicibus, videlicet post missam publicam et completorium, debet  
 25 per se ipsum vinum de vase extractum cuilibet prebendato ad mensuram sibi  
 debitam in cellario presentare. item in autumpno quolibet anno cellerarius debet ire  
 in Wangen et collectioni vini censualis interesse et intendere juxta posse. et ob hoc  
 ipse cum equo suo et preco ipsius opidi per ipsum autumpnum debent expensis . .  
 sculteti ejusdem opidi procurari. item ipse cellerarius in diebus rogacionum, pal-  
 30 marum et aliis processionibus, quascumque extra septa monasterii fieri contigerit,  
 cum baculo debet ire et dominam . . abbatissam comitari. premissis igitur de con-  
 sensu ipsius domine . . abbatisse et magistri Burcardi predicti descriptis, ego . .  
 prepositus antedictus arbitrando pronuncio, dictum magistrum Burcardum ab  
 impetitione domine . . abbatisse et monasterii omnium fructuum et jurium dicti officii  
 35 sibi, ut conquestus est, hactenus subtractorum cessare debere sibi super hoc  
 silentium impono. in recompensam autem hujusmodi impositionis silentii ipsum pro  
 tempore vite sue ab omnibus serviciis et oneribus supradictis, ne invitatus illa faciat  
 vel subeat, eximo et subporto quodque omnes fructus et emolumenta predicti officii,  
 prout superius exprimuntur, nichilominus percipere debeat, quamdiu vixerit, ac si  
 40 ipsa servicia et onera adimpleret, hoc tamen adjecto, ut nec ipse magister Burcar-  
 dus in modum predictum equum tenere nec ipsa domina . . abbatissa viginti et duas  
 amas vini sibi solvere teneatur. qua pronunciacione sic facta, dicta domina . .  
 abbatissa consilio et assensu dominarum canonicarum et canonicorum dicti monasterii

November 11

November 1

Februar 2

prehabitis ac ipse magister Burcardus in eandem concorditer consenserunt. in quorum evidenciam sigillum meum una cum sigillis domine . . abbatisse et magistri Burcardi eorundem presentibus sunt appensa. nos Margareta abbatissa predicta et magister Burcardus prefatus, quia premissa de nostro consensu in modum predictum sunt acta, idcirco has litteras sigillorum nostrorum cum dicti domini . . prepositi sigilli appensione fecimus communiri. actum et datum 16 kalendas aprilis anno domini millesimo trecentesimo tricesimo. hujus instrumenti sunt duo, quorum unum apud dictum magistrum Burcardum, aliud vero apud dominam . . abbatissam remanet antedictam.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2613 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis.*

514. *Vereinbarung der Carmeliter mit dem St. Thomascapitel über die Verlegung ihres Hauses und ihre Verpflichtungen gegen die St. Magdalenenkirche. 1330 April 25.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. quoniam facti temporalis memoria solet nonnumquam litterarum testimonio perhennari, noverint igitur universi presentes litteras inspecturi, quod inter nos . . priorem et conventum ordinis gloriose virginis Marie de monte Carmeli domus Argentinensis, site in parrochia ecclesie sancte Marie Magdalene, alias sancti Nicolai nuncupate ad ecclesiam sancti Thome Argentinensis spectantis et eidem unite, in via tendente ad monasterium sancti Marci ex una et honorabiles viros . . decanum et capitulum ecclesie sancti Thome predictae ex parte altera, super erectione<sup>a</sup> domus nostre prefate et ipsius translacione de loco vulgariter an der Bünden appellato<sup>1</sup> infra limites parrochie ecclesie sancte Marie Magdalene prefate constituto ad viam prenotatam orta materia questionis, novi operis nuntiatione nobis per dictos . . decanum et capitulum facta, litibusque et causis super hoc inter nos et eosdem . . decanum et capitulum coram diversis iudicibus motis, tandem accedente ad hoc auctoritate reverendi in Christo patris ac domini domini Berhtoldi dei et apostolice sedis gratia electi, confirmati ecclesie Argentinensis, necnon reverendi patris domini Syberhti sacre theologie<sup>b</sup>, magistri ordinis nostri, per Alamaniam prioris provincialis, tociusque capituli provincialis, de consensu et voluntate nostra dominorum . . decani . . thesaurarii et capituli ecclesie sancti Thome prefate et dicte ecclesie sancte Marie Magdalene perpetui vicarii, hujusmodi questiones discensiones lites et cause concordate sunt penitus et sopite sub forma pactis modis et condicionibus subnotatis, sub quibus eciam dicti domini et vicarius erectioni et translacioni domus nostre prefate suum adhibuerunt assensum, ita videlicet, quod, si qua bona immobilia ecclesiis beate Marie Magdalene et sancti Thome predictis vel alteri ipsarum decimalia et, de quibus eadem ecclesie de jure decimas recipere debent, ad nos seu domum nostram predictam devenerint titulo qualicumque,

a) erectione auf Rasur.      b) T theolie.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 346 und die Notiz bei Cloener (D. St. Chron. VIII, 131) zum Jahr 1326.

de ipsis, quamdiu possessores hujusmodi bonorum fuerimus, prenotatis ecclesiis decimas persolvamus, et quod nullum parrochianum ecclesie sancte Marie Magdalene suprascripte nisi de voluntate et consensu perpetui vicarii ejusdem ecclesie recipiamus ad ecclesiasticam sepulturam. et cum de jure ad observacionem interdictorum, a  
 5 divinis cessacionum, auctoritate sedis apostolice vel a locorum ordinariis positorum vel per concilia provincialia indictarum, cum ea et eas kathedralem vel matricem ecclesiam observare viderimus, astringamur, nichilominus tamen et ex certa sciencia promittimus, quod in observacione hujusmodi interdictorum et cessacionum nos conformabimus sine fraude parrochiali ecclesie sancte Marie Magdalene prenotate.  
 10 promittimus eciam et ad id nos nostrosque successores perpetuo obligamus, quod singulis annis dabimus et solvemus eidem ecclesie sancte Marie Magdalene quinque libras denariorum Argentinensium, medietatem videlicet festo nativitatis domini et medietatem aliam festo pasche, in recompensam porcionis oblacionum in dicta nostra domo nobis et nostris successoribus faciendarum distribuendarum,  
 15 dandarum vel assignandarum ecclesie sancte Marie Magdalene sepe dicte, salva tamen quarta et canonica porcione funeralium parrochianorum dicte ecclesie sancte Marie Magdalene apud domum nostram predictam defunctorum vel funerum ad eandem delatorum ipsi ecclesie sancte Marie Magdalene, ad quam porcionem solvendam memorate ecclesie sine fraude nos et nostros in dicta domo successores presentibus  
 20 obligamus. neque inter parrochianos ipsius ecclesie sancte Marie Magdalene matrimonia sollempnizabimus vel eisdem extremam unctionem concedemus vel sacram eucaristiam contra voluntatem dicti vicarii porrigemus, astringentes nichilominus nos et successores nostros, quod, si occasione premissorum vel alias inter nos et eosdem . . . decanum et capitulum questio aliqua oriretur, quod in hoc casu, non  
 25 obstantibus exempcionibus vel privilegiis quibuscumque nobis vel ordini nostro a sede apostolica vel aliunde concessis vel in posterum concedendis, quibus in hac parte renuntiamus in hiis scriptis, coram . . . officiali curie Argentinensis juri stabimus et justiciam faciemus. et promittimus per juramentum corporaliter tactis ewangeliis per me . . . priorem predictum in animam meam et in animas nostri de conventu  
 30 per eundem . . . priorem prestitutum, quod omnia et singula premissa rata et firma habebimus nec contra ea per nos vel alios veniemus vel veniri procurabimus in judicio vel extra in posterum vel ad presens, fraude et dolo penitus circumscriptis, et quod efficiemus, quod quilibet prior dicte nostre domus in posterum ad hujusmodi prioratum assumendus, postquam assumptus fuerit et domum nostram predictam  
 35 accesserit, simile in animas suam et conventus dicte domus prestat juramentum in presencia . . . decani dicte ecclesie sancti Thome vel certi nuncii ad hoc missi infra mensem, postquam interpellatus fuerit ex parte . . . decani et capituli predictorum. si vero in observacione premissorum vel aliquorum de premissis negligentes essemus vel contra premissa vel aliqua eorum, quod absit, veniremus, extunc eligimus  
 40 per . . . officialem curie Argentinensis in . . . priorem dicte nostre domus excommunicationis, in conventum suspensionis et in ecclesiam nostram interdicti sententias proferri et ad denunciacionem perjurii procedi usque ad plenam satisfactionem eorum, in quibus negligentes fuimus vel contra que venimus modo quovis. renun-



tiamus insuper pro nobis et nostris successoribus in dicta domo universis ac pro eadem domo excepcioni doli mali, actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum, quo ecclesiis monasteriis aut lesis domibus subvenitur, litteris exemptionibus libertatibus et privilegiis a sede apostolica vel aliunde sub quacunque forma nobis et nostro ordini concessis vel concedendis impetratis vel in posterum impetrandis, omnique juris 5 auxilio canonici et civilis, consuetudinibus et statutis tam publicis quam privatis, exemptionibus et defensionibus aliis quibuscunque, quibus juvari possemus ad veniendum contra premissa vel aliquod premissorum quoquomodo in iudicio vel extra in posterum vel ad presens, et specialiter dicenti legi, renunciacionem factam in genere non valere. et in omnium ac singulorum evidens testimonium premissorum sigilla 10 reverendi in Christo patris ac domini domini Berhtoldi electi, confirmati ecclesie Argentinensis, capituli nostre provincie et capituli ecclesie sancti Thome predicte ad petitionem nostram, nostra quoque . . prioris et conventus dicte domus sigilla presentibus sunt appensa. nos Berhtoldus dei et apostolice sedis gratia electus, confirmatus ecclesie Argentinensis predictus, quia premissis nostram auctoritatem et con- 15 sensum adhibuimus, idcirco sigillum nostrum ad petitionem . . prioris et conventus domus predicte appendi fecimus ad presentes. nos etiam magister Syberhtus prior provincialis prefatus, quia premissis in capitulo provinciali una cum capitulo nostrum consensum adhibuimus ipsisque . . priori et conventui, ut hujusmodi ordinacionem cum omnibus suis clausulis firmiter observarent, injunximus et mandavimus, in hujus 20 rei testimonium sigillum capituli nostri predicti presentibus duximus appendendum. nos etiam . . decanus et capitulum ecclesie sancti Thome sepefate in premissorum robor et testimonium sigillum nostri capituli appendi fecimus huic scripto. actum et datum<sup>a</sup> in die beati Marci ewangeliste anno domini millesimo trecentesimo tricesimo. 25

*T aus Straßb. Thom. A. Docum. hist. lad. 13 or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 2 delapsa.  
Abgefallen das Capitelssiegel von St. Thomas und das Siegel der Provinz.  
Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 354 nr. 67.*

515. *Sühne Dietmars von Eppig genannt von Erstein mit der Stadt Strazburg.  
1330 Mai 21.* 30

Allen den si künt, die disen brief gesehent unde gehörent lesen, das ich Dyetmar von Eppiche, dem man spricht von Erstheim, gesworne han an den heiligen eine luter steite süne zü habende vür mich alle mine fründe unde helfere mit den erbern unde bescheiden deme . . meister deme . . rate unde den burgern gemenlich von Strazburg unde allen fren helfern von der geteite wegen, das ich Hugelin Swap 35 einen burger von Strazburg vieng, unde gelobe bi dem selben eide, das ich niemer getün noch schaffe getane in deheinen weg wider die vorgeanten burger von Strazburg unde ire helfere noch sie niemer gecriege noch angriffe, ich sage es in danne zü iegelichen criege e vor viertzeihen naht zitlich. unde das die vorgeschriben

<sup>a)</sup> Die folgende Datierung ist von derselben Hand aber mit blässerer Tinte hinzugefügt. 40

burgere von Strazburg unde ire helfere dest sicherre sint, so gibe ich in unverscheidenlichen zû burgen die erbern unde bescheiden hern Johannes von Eppiche einen ritter unde Dietschelin von Eppiche einen edeln kneht, were das ich die vorgeschriben ding breche in dehenen weg, das sie das schuldig sint uf ze rihtende ane alle geverde. geschehe ðch das under den vorgeanten hern Johannes unde Dietzelin von Eppiche einre sturbe, so sol ich unde der, der do lebende blibet, in den aht dagen, so ich unde er gemant werdent zû unsern husern oder zû unsern hoven von den vorgeanten burgern von Strazburg mit iren gewissen hotten oder münt wider münt, einen als gûten geben an des stat, der do verfarnt ist, der sich verbinde in alle wis, als der verbunden was, der do verfarnt ist. deitent wir des nit, so sullent wir uns entwurten in die stat zû Strazburg niemer darus zû komende, untz wir einen als gûten hant gesetzt, als der was, der do verfarnt ist, als do vor geschriben stat. unde geschehe, das ich sturbe, e ich die vorgeanten burger von Strazburg angegriffe, so sullent sie lidig sin. wir Johannes von Eppiche ein ritter unde Dietzelin von Eppiche verjehent unverscheidenlich unde globent alle die vorgeschriben ding, die von uns geschriben sint, steite zû habende uf ze rihtende unde volle zû fürende in alle wis, als von uns do vor geschriben stat, ane alle geverde. unde des zû einem waren urkunde han wir Johannes, Dietzelin unde Dietmar<sup>1</sup> die vorgeanten unsere insigele gehencket an disen brief. der wart gegeben an dem mendag nach dem schön nontage in dem jar, do man zalte von gottes gebürte drûzehen hundert jar unde driszig jare.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. 3 sig. pend.*

516. *Herzog Otto von Oesterreich schlichtet den Streit zwischen Bischof Berthold und der Stadt Straßburg einerseits und den Markgrafen von Baden, Graf Ulrich von Württemberg und den Herren von Stauffenberg andererseits. 1330 Juni 2 Bischofsheim in der Ortenau.*

Wir Otte von gocz gnaden herzoge zû Österrich und zû Styre tûnt kunt allen den, die disen brief ansehent lesent oder hörent lesen, daz wir alle die missehelle unde atzunge, die uncz an disen hütigen tag sint gewesen zwüschent dem erwürdigen herren bischof Berhtolde von Strazburg, den wisen und den bescheiden deme . . meistere deme . . rate und den . . burgern gemeinliche von Strazburg iren dienern unde helfern ein site und den edeln mannen . . marggrave Rüdolfe von Baden dem alten, . . marggrave Rüdolfe von Baden deme jungen, deme man spricht von Pforzheim, grave Ulriche von Württemberg unsern lieben ðheimen, Reinbolte eime rittere, Johannese Humbel von Stöffenberg und Cûnrate von Strubenhart irn helfern dienern frinden unde mäggen ander site, ez si von röbe brande totslegen schaczungen oder andern schaden, welre hande der si, der von dis krieges wegen uferstanden ist, der sû gewillecliche und bedehtecliche zû beiden siten an uns kommen sint und an uns gelaszen hant, gerihet und geslihet hant mit unserme ussprechende nach wiser

<sup>1</sup> *Siegellegende s. Dietmari armigeri de Erstheim.*

